UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria sexta. Statio ad sanctu[m] eusebiu[m]. Jntroit[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

porte ciuitatis: ecce defũctus
efferebat filiꝰ vnicꝰ mr̃is ſue:
Et hec vidua erat: ⁊ turba ci
uitatis multa cũ illa. Quã cũ
vidiſſet dñs miſ̃icordia motꝰ
ſup eã dixit illi: Noli flere. Et
acceſſit: ⁊ tetigit loculum. Hi
aũt qui portabãt ſteterũt. Et
ait: Adoleſcẽs: tibi dico ſurge
Et reſedit qui erat mortuꝰ: et
cepit loqui. Et dedit illũ mr̃i
ſue. Accepit aũt oẽs timor: et
magnificabant deũ dicentes:
Quia ꝓpheta magnus ſurre
xit in nobis: qꝛ deus viſitauit
plebẽ ſuã. Offer. Dñe ad adiu
uandũ me feſtina: confundãtur
oẽs aduerſũ me qui cogitãt ſer
uis tuis mala. Secreta.
Purifica nos miſericors
deus: vt eccleſie tue p̃ces que
tibi grate ſũt: pia munera de
ferentes: fiãt expiatis mẽtibꝰ
gratiores. P. Cõio. Dñe me
morabor iuſtitie tue ſolius: deus
docuiſti me a iuuentute mea: et
vſqꝫ in ſenectã ⁊ ſeniũ deꝰ ne de
relinquas me. Poſtcõio
Celeſtia dona capiẽtibꝰ
q̃s dñe nõ ad iudiciũ ꝑueni
re patiaris: que fidelibꝰ tuis
ad remediũ ꝓuidiſti. p. Sup
populum tuũ ppl̃m Oꝛo.
Populi tui deus inſtitutor ⁊ rector
peccata quibꝰ impugnant ex
pelle: vt ſemp tibi placitus: et

tuo munimine ſit ſecurus. p.
Feria ſexta. Statio ad ſanctũ
euſebiũ. Introitꝰ.
Meditatio cordis mei
in cõſpectu tuo ſem
per: domine adiutor
meus ⁊ redẽptor meus. Ps. Ce
li enarrant gloriã dei: ⁊ opa ma
nuũ eius annũciat firmamẽtũ. V
Deus qui Oꝛo. Gloria.
ineffabilibꝰ mũdũ re
nouas ſacramẽtis: p̃ſta q̃s: vt
eccleſia tua et eternis ꝓficiat
inſtitutis: ⁊ tẽporalibꝰ nõ de
ſtituat auxilijs. p. Lectio libri
regum tertij caplo. xvij
In diebus illis: Egrota
uit filiꝰ mulieris matriſfami
lias: ⁊ erat languor fortiſſimꝰ
ita ꝙ nõ remaneret in eo ha
litus. Dixit ergo ad heliam:
Quid mihi ⁊ tibi vir dei? In
greſſus es ad me: vt rememo
rarent iniqtates mee: ⁊ interfi
ceres filiũ meũ. Et ait ad eã
helias: Da mihi filiũ tuũ. Tu
litqꝫ eũ de ſinu illius: ⁊ porta
uit in cenaculũ: vbi ipe mane
bat: ⁊ poſuit ſup lectũ ſuũ: et
clamauit ad dñz: ⁊ dixit: Do
mine deus meus: etiam ne vi
duam apud quã ego vtcũqꝫ
ſuſtẽtor affliriſti: vt interfice
res filium eius. Et expãdit ſe
atqꝫ menſus eſt ſuper puerũ
tribꝰ vicibus: clamauitqꝫ ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dn̄m: ꝛ dixit. Dn̄e deꝰ meus:
reuertatꝰ obſecro anima pue/
ri huius in viſcera eiꝰ. Exau/
diuit autē dominus vocez he
lie: ꝛ reuerſa eſt anima pueri
intra eum: ꝛ reuixit. Tulitqꝫ
helias puerū: et depoſuit euz
de cenaculo in inferiorez do/
mum: ꝛ tradidit matri ſue: et
ait illi: En viuit filiꝰ tuus. Di
xitqꝫ mulier ad heliam: Nūc
in iſto cognoui: qm̄ vir dei es
tu: ꝛ vbuz dn̄i in ore tuo verū
eſt. **Grad.** Bonum eſt confidere
in dn̄o q̄z confidere in homine.
℣. Bonum eſt ſperare in domi/
no q̄z ſperare in principibꝰ. **Se/
cundū ioannem. xj. capitulo.**

IN illo tempe: Erat qui/
dam languens lazarus
a bethania de caſtello marie
et marthe ſororum eius. Ma
ria autem erat que vnxit do/
minū vnguento: et exterſit pe
des eius capillis ſuis. Cuius
frater lazarus infirmabatur.
Miſerunt ergo ſorores eius
ad eū dicentes: Dn̄e ecce quē
amas infirmatꝰ. Audiens aūt
ieſus dixit eis: Infirmitas hec
non eſt ad mortem: ſed ꝑ glo
ria dei: vt glorificetꝰ filius dei
per eam. Diligebat autem ie
ſus marthā ꝛ ſororē eius ma/
riam: ꝛ lazarū. Ut ergo audi/
uit qꝛ infirmabatꝰ: tūc quidez
manſit in eodem loco duobꝰ
diebꝰ. Deinde poſt hec dixit
diſcipulis ſuis: Eamus in iu/
deam iterū. Dicūt ei diſcipu/
li: Rabbi nūc querebāt te iu
dei lapidare: ꝛ iterū vadis il/
luc. Reſpondit ieſus: Nonne
duodecim hore ſunt diei? Si
quis ambulauerit in die non
offendit: qꝛ lucē huius mūdi
videt. Si aūt ambulauerit in
nocte offendit: qꝛ lux nō eſt in
eo. Hec ait: ꝛ poſt hec dicit eis
Lazarus amicus noſter dor/
mit: ſꝫ vado: vt a ſōno excitez
eum Dixerunt ergo diſcipuli
eius: Domine ſi dormit: ſal/
uus erit. Dixerat autez ieſus
de morte eiꝰ: illi autem puta/
uerūt qꝛ de dormitione ſomni
diceret. Tūc ergo dixit eis ie/
ſus manifeſte: Lazarus mor/
tuus eſt: ꝛ gaudeo ꝓpter vos
vt credatis quoniā non eram
ibi. Sed eamus ad eū. Dixit
ergo thomas: q dicitꝰ didymꝰ
ad cōdiſcipulos: Eamꝰ ꝛ nos
ꝛ moriamur cū eo. Uenit ita/
qꝫ ieſus: ꝛ inuenit eum q̄ttuor
dies iam in monumēto habē
tem. Erat aūt bethania iuxta
hieroſolymā q̄ſi ſtadijs qnde
cim. Multi aūt ex iudeis ve/
nerant ad marthā ꝛ mariam:
vt ꝯſolarentꝰ eas de fratre ſuo
Martha ergo vt audiuit: qꝛ

ieſus venit:occurrit illi. ¶Ma/
ria autez domi ſedebat. Dixit
ergo martha ad ieſum: Dñe
ſi fuiſſes hic:frater meus non
fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc
ſcio:qꝛ quecũqꝫ popoſceris a
deo:dabit tibi deus. Dicit illi
ieſus: Reſurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio qꝛ re/
ſurget in reſurrectõe i nouiſſi
mo die. Dicit ei ieſus. Ego ſũ
reſurrectio ⁊ vita. Qui credit
in me : etiaz ſi mortuus fuerit
viuet. Et oīs q viuit ⁊ credit i
me:nõ morietur in eternũ. Cre
dis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe.
Ego credidi:qꝛ tu es xp̄s fili⁹
dei viui:qui in hũc mũdũ ve/
niſti. Et cuz hec dixiſſet abijt:
⁊ vocauit mariã ſororẽ ſuam
ſilẽtio dicẽs: ¶Magiſter adeſt
⁊ vocat te. Illa aũt vt audiuit
ſurrexit cito:⁊ venit ad eum.
Nondũ eniz venerat ieſus in
caſtelluz: ſꝫ erat adhuc in illo
loco: vbi occurrerat ei mar/
tha. Iudei ergo qui erant cuz
ea in domo:⁊ ↄſolabãtur eaz:
cũ vidiſſent mariã:qꝛ cito ſur
rexit ⁊ exijt: ſecuti ſũt eam di
centes: Quia vadit ad monu
mẽtũ:vt ploret ibi. ¶Maria er
go cuz veniſſet vbi erat ieſus:
videns eum cecidit ad pedes
eius:⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes
hic: non eſſet mortuus frater
meus. Ieſus ergo vt vidit eã
plorãtẽ:⁊ iudeos qui venerãt
cũ ea plorãtes: infremuit ſpũ
⁊ turbauit ſemetipſũ: ⁊ dixit.
Ubi poſuiſtis euz? Dicunt ei:
Dñe veni ⁊ vide. Et lachry/
mat⁹ eſt ieſus. Dixerunt ergo
iudei: Ecce quõ amabat eum
Quidã autẽ ex ipſis dixerũt.
Non poterat hic qui aperuit
oculos ceci nati facere:vt hic
nõ moreretur? Ieſus ergo rurſũ
fremẽs in ſemetipſo venit ad
monumẽtũ. Erat aũt ſpelũca
⁊ lapis ſuppoſitus erat ei. Ait
ieſus: Tollite lapidẽ. Dicit ei
martha ſoror eius q̄ mortuus
fuerat. Dñe iam fetet:quadri
duanus enim eſt. Dicit ei ie/
ſus: Nõne dixi tibi:qm̄ ſi cre/
dideris: videbis gloriaz dei?
Tulerũt ergo lapidez. Ieſus
aũt eleuatis oculis ſurſuz di/
xit: Pater grãs ago tibi : qm̄
audiſti me. Ego autẽ ſciebaz:
qꝛ ſemp me audis : ſed ꝑpter
pplꝫ qui circũſtat dixi:vt cre/
dant qꝛ tu me miſiſti. Hec cuz
dixiſſꝫ:voce magna clamauit
Lazare veni foras. Et ſtatim
prodijt : qui fuerat mortuus:
ligatus manus ⁊ pedes inſti/
tis : ⁊ facies illi⁹ ſudario erat
ligata. Dicit eis ieſus: Solui
te eum:⁊ ſinite abire. ¶Multi
ergo ex iudeis : qui venerant

ad mariā ⁊ marthā: ⁊ viderāt
que fecit ieſus: crediderūt in
eum. Offer. Populum humilē
ſaluū facies dñe: ⁊ oculos ſupbo
rum humiliabis: quoniam quis
deus preter te domine. Secre.
Munera nos domine q̄
ſum⁹ oblata purificēt:
⁊ te nobis iugiter faciāt eē pla
catū. Per. Cōio. Uidens dñs
flētes ſorores lazari ad monumē
tum: lachrymatus eſt coram iu-
deis: ⁊ clamabat lazare veni fo-
ras: ⁊ prodijt ligatis manibus et
pedibus: qui fuerat quadridua-
nus mortuus. Poſtcōi.
Hec nos q̄s dñe partici
patio ſacrī: ⁊ a ꝓprijs reatib⁹
indeſinēter expediat: ⁊ ab oī-
bus tueať aduerſis. Per. Su
Da q̄s ops ꝑ ꝑplm Oio
deus: vt qui infirmita-
tis noſtre conſcij: de tua v̄tute
ↄfidimus: ſub tua ſemper pie
tate gaudeam⁹. Per. Sabba
to. Statio ad ſctm̄ nicholaū.
Sitientes Introitus
venite ad aquas: di-
cit dñs: ⁊ qui nō ha-
betis preciū: venite
⁊ bibite cū leticia. Ps. Attendite
popule meus legem meam: incli
nate aurem veſtrā in verba oris
mei. V. Gloria. Oratio.
Fiat dñe q̄s per gratiā
tuam fructuoſus nr̄e deuoti-
onis affectus: q̄ꝛ tūc nobis ꝓ-
derunt ſuſcepta ieiunia: ſi tua
ſint placata pietate. P. Lcō
Ieſaie ꝓphe. xlix. caplo.
Hec dicit dñs: In tēpore
placito exaudiui te: ⁊ ī die ſa-
lutis auxiliatus ſū tui. Et ſer
uaui te: ⁊ dedi te in fedus po-
puli: vt ſuſcitares terrā: ⁊ poſ
ſideres hereditates diſſipatas
vt diceres his qui vincti ſunt
exite: ⁊ his qui in tenebris ſūt
reuelamini. Sup vias paſcē-
tur: ⁊ in oībus planis paſcua
eoꝝ. Nō eſuriēt neq̄ ſitient:
⁊ nō percutiet eos eſtus ⁊ ſol
q̄ꝛ miſerator eoꝝ reget eos: et
ad fontes aquaꝝ potabit eos
⁊ ponā oēs montes meos in
viā: ⁊ ſemite mee exaltabunť.
Ecce iſti de longe venient: et
ecce illi ab aquilone ⁊ mari:
⁊ iſti de terra auſtrali. Lauda
te celi: ⁊ exultet terra: iubilate
mōtes laudē: q̄ꝛ cōſolatus eſt
dñs pplm ſuū: ⁊ pauperū ſuo
rum miſerebiť. Et dixit ſyon
Dereliqt me dñs: ⁊ dñs obli-
tus eſt mei. Nunqd obliuiſci
poteſt mulier infantē ſuū: vt
nō miſereatur filio vteri ſui.
Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ
non obliuiſcar tui. Dicit dñs
ops. Grad. Tibi dñe derelictus
eſt pauper: pupillo tu eris adiu-
tor. V. Ut qd dñe receſſiſti lōge

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN